D. O. M.

TVRRIS BABEL;

ET TOTIVS CIVITATIS BABILONIS HAERESEOS VASTA DESTVCTIO.

ER DIVVM THOMAM DOCTOREM Angelicum facta.

Deiparę Virgini Mariæ Dicata.

F. AVGVSTINO PETRETO Regiensi, inter Lectores Ordinis Prædicatorum minimo disputationi tradita.

qua singillatim recensite hereses iuxta totius Symboli verba Diui Doctoris angelici Doctrina exploduntur, & confutantur.



GII, Apud Flauium, & Flaminium Bartholos. 1601.

Superiorum permissu.

O Caſtitatis lilium tuum pracare filium qui ſalus eſt humilium.

Ne nos pro noſtro vitio in flebili Iudicio ſubijciat ſupplicio.



Sed nos tua ſancta prece mundans à peccati ſece,
Collocet in lucis domo. amen dicat omnis homo.

SVPER

MINENTISSIMAE

COELORVM IMPERATRICI,

SERENISSIMAE ANGELORVM REGINAE,

ALTISSIMAE MVNDI DOMINE.

Deiparæ Virgini Mariæ.

RDINIS PRÆDICATORVM

Matri Amantissimę, & protectrici Vigilantissimę.

Augustinus Petretus de Regio eiusdem Ordinis humilis Lector Dulce decantat Aue.

DVM summi Doctoris Angelici immensas laudes, mira opera, studium insigne, tutissimam Doctrinam atq; in heresibus euellendis, & erroribus destruendis magnos ipsius labores explicare pro viribus decreuissem, cui tanti operis titulus ascriberetur, & tantorum fructuum cumulus donaretur inuenire non difficile fuit. Cum enim tu Dei sanctissima Genitrix (ve- erra nostra quæ dedit fructum suum) dederis, & S. Tho- cientiam; sicuti ab arbore cadens fructus terræ redditur: ita tum istum altitudini tue iuste deberi conspicuum est. A te à vastissimo Mare, ò MARIA à sole euecta, & ele-

 uata

uata est S. Doctoris nubes, quæ rigans montes de superioribus suis, de fructu operum eius satiata est terra: iam ergo in te per imbrem redit, & tibi reddit, quod accepit. Ad te turrem eburneam, turrem Dauid ædificatam cum propugnaculis, ex qua mille pendent clipei, & omnis armatura fortium, confugit S. Doctor, à te munitus, per te roboratus, à te armatus, Turrem Babel est aggressus; ciuitatem Babilonis inuasit, vicit, deiecit, destruxit, solo æquauit, & in baratrum præcipitauit. Tua sunt hæc MARIA opera, tui sunt fructus hij à S. Doctore elaborati, & mundo donati, tibi ergo redduntur, donantur, atq; dicantur. Pergratum munus, carissimam, atque acceptissimam oblationem hanc altitudini vestre fore certo arbitratus sum; quæ enim ipsum S. Dotorem de vitæ, & scientiæ integritate certificauit, & quidquid deliberate per eam à Deo petijt illi impetrauit, & concessit, non potest non carum habere talis scientiæ fructum, tam santæ vitæ Decus, tantarum virtutum incrementum; sed ad me offerentem mentis oculos reuoluens imbecillitatem, tenuitatem, indignitatemq; propriam cernens & timeo, & iterum timeo, vereor, & contremisco, ego ne (mihi metipsi loquor) pulcherimos flores, sapidissimos fructus opiperas dapes, pretiosum munus in tam fictili, luteo, & indicenti mei oris, seu mearum manuum vase tantæ Reginæ offere audebo. Eia ergo aduocata nostra, peccatorum refugium misericordiæ mater illos tuos misericordes oculos ad me conuerte, & misericorditer respice; hac enim in tua misericordia confisus ad te confugi, te alloqui, ad te litteras transmittere, tibi opus dicare constitui. Te ergo cælorum Imperatricem, quæ cælestem fecisti Doctorem, e cælis mihi auxilium, vt præstes rogo, te Angelorum Dominam quæ angelicum decorasti Doctorem, vt illumines, purges, & soleris deprecor, te gloriæ solem veri Iustitiæ solis matrem quæ sole ornasti S. Doctorem, vt radijs tuis me perfun-

das

*peto. Accipe itaq; exiles, & quascunque meritis tuis impares
iarum actiones; & cum susceperis vota culpas meas orando ex-
: admitte ò pijssima meas preces intra sacrarium exauditionis,
reporta mihi antidotum reconciliationis; accepta munus, quod
nilis affert seruus, & vt meliora præstet faueas, & dones.
e virgo de qua nasci: & de cuius lactè pasci rex cælorum voluit.
e gemma cæli luminarium, Aue sancti spiritus sacrarium. Sal-
Mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium. Salue
ndor firmamenti, tu caliginosæ menti desuper irradia. Placa mare
ris Stella ne inuoluat, me procella, & tempestas obuia. Amen.
les in cælis, me ergo tui filij gratia valere concede in terris, vt
sim tecum gaudere in Cælis. Regij, vbi miraculis fulges die 24.
aij Anno à tuo felicissimo partu* **1601.**

ARGVMENTVM.

TANTA eſt Doctoris Angelici D. Thomę Aquinatis meritorum celſitudo, ſanctitatis magnitudo, ſcientiæ ſublimitas, Doctrinæ altitudo, vitæ, & morum integritas, & ſapientiæ fęcunditas, vt ad ſe omnium animos aliciat, aſpectus eleuet, & in ſui laudem omnium ora ſoluat, & labia laxet. Hinc ſummorum Pontificum in eius ſapientiæ, & ſanctitatis præconium laudes recenſitas audimus. Hinc omnium vnanimis conſenſus, in Concilijs ad eius Doctrinam amplexandam, decernendamq; conſpicitur. Cui inter celebriores celeberimos ordinum Doctores in determinandis dubijs, elucidandis abditis, enucleandis difficultatibus, confutandis erroribus, lubenti animo dexteram dare, & gratanter aſſentire conſpicuum eſt. Hinc demum eius laudis titulus glorioſus, & ſpeciale cognomen eſt Angelicus: vt qui ſimul intellectu pęnè Angelico, & Angelica pollebat ſanctitate, Angelico vocitaretur nomine, Angelico inſigniretur honore.

Verè Angelicus, vt qui ſignatur per Angelum (quem Ioann. Apoc. 10. ſe vidiſſe teſtatus eſt, dicens, & vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube, & iris in Capite eius, & facies eius, vt ſol; & pedes eius, vt Columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, &c.) Angelicis hiſce decoretur honoribus. Angelus ille, iſte Angelicus Doctor: fortis ille, fortiſſimus in hoſtes veritatis & iſte, ille e cœlo deſcendit, iſte e cœleſti

Cazo-

ophilatio (testante Maria Dei Genitrice) scientiam
n obtinuit : ille nube amictus , & iste at forsan mirabi-
i . Cum enim nubes ab imis ad cælestia eleuetur mihi
em suum Castissimū corpus , quod à terra nullo prot-
innixum corporeo fulcimento (dum sacras haberet
iones) eleuatum cernebatur fuisse arbitrari licebit,
conuersationem eius cœlestem ; seu terram, & montes
ntem doctrinam fœcundissimam autumari conue-
. Iris tricolor in capite eius cernitur , quia fidem in
lleo , spem in viridi , in rubeo ignitam charitatem ca-
eius ornantes videre delectat. Facies eius veluti sol,
a ipse sol , & lumen ecclesiæ, Libellus eius doctrinam ,
amne doctrinæ vtriusque firmitatem , clamor, oratio-
n , non vltra esse tempus (quod mutabile fluit) doctri-
ipsius stabilitatem , & immutationem ostendunt .
Verè Angelicus veluti qui signatur per Angelum
oc. 18. habentem potestatem magnam , & terra illu-
nata est à gloria eius , & exclamauit in fortitudine di-
s, cecidit cecidit Babilon . Etenim Diuus Thomas tan-
m potestatem habens , in hæreticos inuehebat ; à cu-
gloria vniuersa terra , & sapientia , & sanctitate Illu-
tur . Clamauit , cecidit Babilon hæresis , cecidit illa
rris Confusionis, confusa , euersa, diruta Turris Babel;
ciferatus est cecidit Babilon, cum in S. Ludouici mensa
lamauit Conclusum est contra Manicheos .
Verè Angelicus , non vt Angeli nomen infimum tertię
erarchiæ ordinem signat ; sed , vt vniuersos generaliter
nprehendit ordines; ita vt charitate saraphicus sapien-
Cherubin , sanctitate Tronus vocitari dignus existat,

atque

atque ad debellandos hostes, potestatum fortitudinem, ad miracula peragenda, Virtutum virtutem, ad omnem depellendam seruitutem, Dominationum dignitatem super plurimos sortiatur, & cum mira sua sapientia ad primum reducat principium, Principatuum gloria decoratur, cum ad Principum regimen multa conscripserit, Archangelorum munus obit, & summi Dei gloriam concinens, placitum aperiens, cęlestia edocens, & Angelorum ministeria exercet.

Si ergo Angelicus: ergo & Seraphicus; vt Bonauentura: ergo, & magnus, vt Albertus, si Angelicus, ergo irrefragabilis, vt Alexander Alensis, ergo subtilis, vt Scotus; si Angelicus ergo deuotus, vt Bernardus; ergo Theologus; vt Gregorius Nazanzenus, si Angelicus ergo moralis, vt Gregorius, ergo Mellifluus, vt Ambrosius ergo misticus, vt pęnitens Hieronimus, si Angelicus, ergo Magnus, hęreticorum malleus, & ecclesiæ lumen, vt Augustinus; cuius equalem gloriam virginali pręstās mundicia est adeptus. Aggrediamur itaq; turrim, iam antea ab hęreticis, ope diaboli constructam; audiamus angeli clamorem, & cadat babilon, loquatur sanctus Thomas, & corruat mentis. Hęresis

Cecidit Cecidit Babilon.

HIericuntis muri tubarum sacerdotalium sonitu in Iosue cap. 6. recensita euersio, mistici Angeli, Doctoris Angelici clamoris virtutem ostendit. Tubarum strepitu personante cęcidere muri: Angelico docente Magistro cecidit Babilon; exclamat Angelus cecidit cecidit Babilon, clamat, docet, legit, scribit; Sanctus Thomas, & euersa est hęresis; quod, vt clarius oculis omnium appareat, inspiciatur Turris Babel, audiatur doctrinæ clamor Angelicæ, quam singulis sacrosanctæ fidei simbolo verbis accomodabimus.

Turris Babiloniæ	*Credo*	*Angeli clamor.*
VEritatis inimicus Aueroes Christianam fidem sic destatus est, vt Christianos garrulatores Vocitarit, nos contemnens; eò maxime, quia sine ratione loquentes, & nos mouentes animaduerterit.		1 Formalis ratio fidei; est veritas prima. 2 Obiectũ materiale fidei Deus, & multa alia, & quodammodo, & ipsa veritas prima. 3 Quod obiectũ ex parte rei credite, est, in complexum. 4 Ex parte credentis complexũ; ad rem autem fidei terminat. 5 Fidei nullo modo subest falsũ, creditum tamen, non semper necessarium absolutè; ac infallibiliter. 6 Fides est, de non visis, addas in speciali, quia in generali lumen fidei facit videre. 7 Fides nõ est, de scitis, quia impossibile est, idẽ esse scitum, & creditum ab eodem, cum ergo Primę innitimur veritati, garrulatores nõ sumus. 8 Hanc tamen veram esse diffinitionem asserimus.
Sibi fisus iste Gramaticus diceat verbũ Apostoli, fides est sub-		

A stantia

ſtantia ſperãdarum rerum argumentũ non apparentium, non eſſe diffinitionẽ ; ac laudationẽ fidei.

Petrus Abailardus. Quod commune fuit Philoſophis, et hęreticis, iſte proprio innixus capite, proprio effutiuit ore ; nimirum nihil eſſe credẽdũ, quod eccederet noſtri intellectus virtutem.

Pelagiani. Inicium fidei eſt, ex nobis; inquantum .ſ. ex nobis eſt, qđ parati ſumus aſſentire his quæ ſunt fidei, conſumatio autẽ fidei à Deo eſt, per quam nobis proponuntur ea, quæ credere debemus.

Lutherani. Peccatores nullo modo habẽt fidem, ſed ſe habent ad inſtar Dęmonum, Deo, vel Deum credentes, non in Deum. Vbi eandem porſus rationem faciũt, & de peccatoribus atque dęmonibus.

In Deũ

9 Credere aliquid ſupra rationem humanam eſt neceſſe.

10 Et aliquibus ea etiamque rationibus naturalib. probanť.

11 Quin explicite prima credibilia ; ſecunda implicite.

12 Et verbi incarnationem, omnes quoad omne tempus.

13 Et Trinitatis miſterium ante Chriſtum: maiores explicite, minores implicite, poſt Chriſtum omnes explicite credere, & fateri oportet.

14 Neceſſaria itidem eſt Theologia ; quæ eſt ſcientia, &c. in cuius gratiã, totam Primam primæ partis quæſtionem diſputamus.

15 Et cum homo eleuetur ſupra naturam ſuam aſſentiẽdo his quæ ſunt fidei opportet, qđ ; & hoc inſit à ſuper naturali principio interius mouente; quod eſt Deus.

16 Et cum diuidatur fides in formatam, & informem vtraq; eſt donum Dei.

17 Sola aũt formata virtꝰ eſt, &c.

18 Cum ſit triplex actus fidei videlicet credere Deo, Deũ, & in Deum, nõ tres diuerſi ſunt fidei actus, ſed vnus diuerſam habens relationem ad fidei obiectum.

19 Iuſti perfectè credunt in Deũ; peccatores imperfectè, attamen

Vecordes quidam; & nimis insipientes dixerunt in corde suo non est Deus.

Cecutientes isti, vel tres, vel plures esse Deos, non dubitant asserere.

Duos Deos alterum bonum, alterum malum; Manichei esse mentiebantur, & alij.

Deum prædicabāt corporeum corporeis membris compositum, & delineatum.

Posuerunt quidam Deum animam mundi.

Affirmarunt principiū formale omnium rerum, Deum esse.

Hic stultissimè posuit Deum esse materiam primam.

Trinitatē omnino negant cęci, & infideles nostri temporis; Iudęi, & impius Auerois rationibus naturalibus probatur trinitas, & alia misteria.

Processionem, & generationē

men vere. vt, & principes credebant in Iesum, at gloriā quęrebant mōdanā. Ioan. 12.

20 Nos autem, & si cum Caitano candē rōne faciamus de damnatis, & dęmonibus, hoc tñ de viatoribus oīno negamus.

In Deū. 21 Nos autem notum per se non quo ad nos esse asserim⁹ Deū esse; in cuius gratiam primæ partis secundam quæstionem defendimus.

In vnū Deum. 22 Vnus, & Maximè vnus est Deus. Vbi Primę Partis quæstio 11. congrue apponitur.

23 Vnus Deus solus verè, & summe bonus cui dicto adnectimus primæ partis quæstionem quintam, & sestam.

24 Deus non est corpus, sed summe simplex, & huc tertiam quæstionē primæ Partis aduocamus.

25 Nos autem asserimus hoc omnino falsum; qa Deus in alio rū composicionem nō venit.

26 Sed, cum ipse totius sit efficiēs causa, non coincidit cū principio formali intrinseco.

27 Cadat huiusmodi stulticia, cū Deus purisśimus sit actus.

Patrem 28 Deum esse vnum, & trinum necessario fatendū est: Priscis enim reuelatum est Patribus in sacris litteris.

29 Quæ tamen naturaliter probari, nec cognosci potest sicut nec alia fidei Misteria.

30 In Deo esse Processionem intelligi-

à diuinis auferre nõ dubitant pessimi humunculi, Arius, & Sabellius; Primus enim Processionem diuinam, vt effectus à causa; secundus, vt causæ in effectum vocitarunt.

Porretari. Relationes non in Deo ponũt; ac assistere eidem garriunt.

Abbas Ioachin, & Raij Lull. Essentia generat essentiam, & *Patrem* Raij Lull. essentia, & natura Dei patris generat filium.

Raij Lull. Arius. Deus Pater est, antequam Deus Filius.

Raij Lull. Deus Pater inquantum Pater: est suppositum singulare, sed inquantum respondet suis rationibus ad producendum, est suppositum commune.

Raij Lull. Deus Pater est multiplicabilis, & cættera.

Algazes Attributa dici de Deo abusiuè

telligibile nulli ambigẽdum
est, quam suademus eo, quod
omnis quicunque intelligit;
ex eo, quod intelligit, procedit
aliquid intra ipsum; hæc
autem est, & secundum intellectum,
& secundum volun-
31 tatem. Prima Generatio congruè,
vereq; dicitur; secunda
communi contenta est nomine
Processionis: in horũ gratiam,
vigesimamseptimã quę-
32 stionẽ disputationi ꝑponim⁹
33 Relationes Reales in Deo esse
omnino fateri oportet, vti p
totam vigesimamoctauã qõnem
rectè S. Thomas docet.
34 Et si veritati consona sit hęc
ꝑpositio Deus generat Deũ,
non tamen vera est illa; quia
ad veritatem locutionum nõ
solũ opportet considerare res
significatas, sed & modum significandi.
35 Ætternus Pater, ætternus Filius, &c.
36 Error intolerabilis hic asseritur;
vnus enim est Pater, &
vnicum suppositum; ita, vt,
nec perfectiones, nec attributa,
nec relationes in ipso realiter
distinguntur; imò nec
formaliter ex natura Rei.
37 Si impossibile est, & omnino
fidei repugnat plures esse filios;
ita, & plures esse Patres,
etenim vnus est Pater, non
tres Patres.
38 In Deo verè est potentia positiuè, &
alle-

llucinatus est. Deum Creatorem *Omnipotentem Creatorem.*
rocitabat in proprie. Ab inuaria-
bili, uariabile imediate progre-
di non pôt: & sic nô est oipotés.

Sensibus innixi affirmabât nihil nisi ex materia; & forma fieri posse vnde creationem negabant.

Ex nihilo nihil fit

Deus creauit primam intelligentiam; prima secundam creauit sic deinceps, &c.

Deum alterum bonum, alterũ malũ, veluti duo creationis Principia asserebant.

Inuisibilia ab vno, visibilia ab *Cęli, & terrę.*

39 Quæ est immensa, & infinita.
40 Ita quod Deus est omnipotés, & omnia potest.
41 Quod constanter asserimus cũ cœteris in vigesimaquinta quæstione. Primæ Partis conclusionibus explicatis con-
42 gruèq; potẽtia Patri, sapientia Filio, & bonitas Spiritui Santo attribuitur.
43 Creatio significat emanationẽ totius entis à primo principio; vndè nihil supponit, & creare, est ex nihilo aliquid facere, vnde necesse est omne
44 ens esse à Deo cum sit ens per participationem.
45 Quin, & materia prima. Deus enim principium est efficiẽs,
46 causa exemplaris, & finalis omnium.
47 Immò Deus, cum sit infinitus potest creare, & de facto ab ipso cuncta creata sunt.
48 Quæ creatio in creatura est accidens; & propria subsistentium.
49 Solius Dei est creare; ita, quod nulli creaturę, nec principaliter, nec instrumentaliter conuenire potest.
50 Vnum tãtum creationis principium ponimus, quod est Deus, cui conuenit secundũ esse creare; personis autem secũdum rationẽ processionis: vel ratione appropriatorum, non propriorum.
51 Corruat impia hęresis, quia

vnus

alio condita affirmabant.

Aristo. Mundus est eternus, atq; ab eterno conditus; & motus, & tempus non incepere.

Peripatetici. Generationem eternã, & circularem posuerunt.

Epicuri. Dei Prouidentiam, & mundi gubernationem tollunt.

Protagoras. Si Deus, & Prouidentia esset; malum nullum esset.

Caldei. Zeno. Omnia necessario eueniunt, tolliturq; Casus, & fortuna.

Tullius. Homo, cum sit liberi arbitrij, Diuinę prouidentię actiones eius non sunt subdite.

Auerois. Rerum inferiorum in particulari prouidentiam à Deo negat.

Philosophi. Incorruptibilia prouisa asserunt; ac non corruptibilia secundum illud Iob: Cardines cęli per ambulat, &c.

Rabbì Moij. Animalia, bruta in particulari, a prouidentia exemit.

vnus Creator cęli, & terrę, visibilium, & inuisibilium.

52 Mundus nõ fuit ab eterno, &

53 Motus, atq; tempus; initium habuere.

54 Potuerunt tñ esse ab eterno.

55 Corruat huiusmodi error; etenim homó, cęteraque animãtia ab initio fuere cõdita.

56 Cum credere in Deum, sit credere omnium rectorem, Prouisorem, & Gubernatorem, (teste S.Tho.) Prouidentiam in Deo omnino ponimus.

57 Esset ex contrario arguẽdum; si malum est, ergo Deus. Non enim esset malum sublato ordine boni, cuius priuatio est malum, hic autem ordo non esset; si Deus non esset.

58 Diuina prouidentia non tollit casum, & fortunam, non enim tollit, sed adimplet gradus rerum.

59 Nec libertatem arbitrij (sicut nec alias secundas causas) excludit, nec consilia, exhortationesq;, nec alia tollit.

60 Et cũ prima, & vniuersalissima cã omnium sit, & cuncta singularia contingentia prouidet, & futura cognoscit.

61 Cum sit causa entis inquãtum ens, omnia siue corruptibilia, siue incorruptibilia prouidet, regit, & gubernat.

62 Sileat, & cadat, quia dat Iumentis escam ipsorum, &c. ergo, & illa subiecta sunt.

Tripli-

Triplicem dicit prouidentiam,
mam in Deo, qua toti mundo,
omnibus in genere; secundam
o ad singularia, quam Dijs cir-
cœlum; tertiam circa humana
am homini tribuit.

Si certa Prouidentia quomodo
contingentia sunt?

Dei filium creaturam blasphe-
nat; & Deum Patri equalem ne-
t. Christum purum hominem
lasphemo ore euomũt, nõ Deũ.

Et in Iesum Christum.

Filium Dei verbũ esse negant;
uam ob rem Ioannis Euangeliũ
arruli homunculi respuunt, &
Apocalipsim.

Naturam humanam negabat
n Christo, solum ipsum Deum
uisse asserens,

Dei filium non verum, at san-
tasticum corpus assumpsisse, ga-
riunt.

Christus de cœlo corpus as-
sumpsit.

63 Hæc autem positio catholicæ fidei cõsonat quantũ ad hoc, quod omnium prouidentiam reducit in Deũ, sicut in primum actorem, sed repugnat; non omnia particularia ei subiecta dicens.

64 Omnia enim immediate prouidet in rationẽ prouidentię; & si nõ quo ad executionem.

65 Certa, & infallibilis prouidentia; attamen non contingentiam tollit, nec necessitatem rebus imponit.

66 Iesus Christus filius Dei verus Deus est, & verus homo; vt filius Dei non factus, nec creatus; sed genitus est ab etterno etternus, vnius naturæ cum Patre: nec purus homo; quia verbũ caro factũ est.

67 Et cum processione intelligibili quæ verè, & propriè est generatio, Filius à Patre pro-
68 cedat; & verbum, & filins necessario dicẽdus est, & verbum filio proprio asserimus.

69 Veritatem incarnationis iste negat, quam esse fuit conueniens, quin, & necessarium propter melius.

70 Scripturę authoritatem, euacuat hæc positio, & falsa est, vt plerisque in locis patet, Matth. 14. Lucæ vltimo, & alibi.

71 Cum cœlum secundum suam naturã sit incorruptibile, cœleste corpus non assumpsit.

Aliquid

Apolinaris. Aliquid verbi in carnem conuersum est.

Arius In Christo negauit animam; sed eius loco diuinam posuit filij Dei naturam.

Apolli. Animam sensitiuam; sine rationali in Christo fuisse sensit; verbumq; loco mentis, & intellectus posuit.

Theo: Mos. Nestorius. Cõuenerunt corpus, & anima naturali vnione ad constitutionẽ hominis vnius; in quo verbũ habitauit, vt in templo.

Eutices. Vnam personam asserens, & vnam naturam ex duabus (humana, scilicet, & Diuina) composuit, & confudit.

Euti. Autumabat iste duas naturas ante Christum fuisse, quas postea cõfudit: & *Origene s* Origenes omnes animas simul conditas asseuorabat.

72 O dementiã, si Deus est verbum', & Deus immutabilis omnino, & simplex; nullo modo aliquid conuersum est in carnem.

73 Impia hæc hęresis omnino diluitur, quia nec Deus in cõpositionem venit, nec anima ab homine auferri potest; alioquin non esset homo.

74 In huius gratiam disputare congruum est vnitatem formæ substantialis in cõposito.

75 Et cum Iesus sit homo eiusdẽ speciei nobiscum membraq; qualia sunt nostra habuerit; falso illi anima intellectiua tollitur.

76 Et si miratus aliqñ est ergo.

77 Duas in Christo personas isti asserũt, quod omnino falsum est, & tollit veritatem incarnationis.

78 Si ergo incarnatus est filius, & verbum factum est caro; ergo non est vnitum verbũ per inhabitationem.

79 Impossibilem, & falsam hanc opinionem ostendunt verum Christi corpus vera anima atque diuinitas. Si enim esset facta mixtio, & confusio, nec

80 homo, nec Deus, sed quid tertium esset.

81 Ergo ne ante Christũ fuit anima, vel corpus? vtcunque enim est falsum, vt etiam clarius ostendemus.

82 Anima enim de nouo creatur, & indi-

Ita, quod vnio per Euticem facta est in natura.

Diuina natura, quæ est filius Dei, voluit esse induta de humana natura. Quæ est Christus hõ.

Cum filius Dei naturam humanam accepit; produxit personam hominem, in sua persona, sic in amando esse hominem sicut cum Patre produxit Spiritumsanctũ.

Quidam ibi duas ponunt Hipostases, confitentes vnam Christi personam.

Alij negant animam corpori vnitam, sed illã verbo vnitã accidentaliter asserunt,

Si natura humana potuisset se elongare à natura diuina, & eam fugere, vt non se incarnaret in ea fecisset, sed natura diuina accessit ad humanam, & incarnauit se in ea. & alibi tantam differentiã inter eas posuit, vt velit quod maior sit quàm inter Creatorem, & creaturam.

Expli-

& indiuiduatur per cõmensurationem ad corpus.

83 Nos autem eam nõ in natura, sed in persona factam defendimus.

84 Suppositum autem à natura in omni natura distinguitur.

85 Esse assumptionis principium conuenit diuinæ naturæ secundum se ipsam; sed esse assumptionis terminum conuenit ei rõne personæ, quid ergo garrit iste pseudoDoctor.

86 Omnino falsa est ista opinio, & Nestoriana: quia filius Dei non assumpsit personam.

87 Immò, nec hominem propriè dicitur assumpsisse.

88 Vnus .n. nõ duo est Christus.

89 Incidit in Nestorianam hæresim ista Magistrorum noua opinio.

90 Vnio naturarũ in Christo non est secundum essentiam, seu naturam, nec secundum accidens; sed medio modo secundum subsistentiam seu Hipostasim.

91 Immò sola humana natura secundum congruentiam, dignitatem, & necessitatẽ, erat assumptibilis.

92 Potest quidem assumere Angelum, sed deest congruitas ex parte necessitatis.

93 Nam Angeli peccatum irremediabile.

94 Verè

Brentius Smidelinus peiores Nestorio. Explicant vnionem Hippostaticam nihil aliud esse, nisi communicari attributa, seu proprietates oēs diuinitatis humaniti, & id fieri non per dona creata, & infusa, nec ita, vt illa diuina attributa fiant proprietates naturales humanitatis, sed quia diuinitas inhabitat tanq̄ in suo proprio corpore in Christi humanitate, & in ea lucet omni sua maiestate, potentia; sapientia, & iustitia, &c. itaque talem volunt esse vnionem qualis est inter agens principale, & instrumentum, ò falsitatem.

Vbiquiste Naturam humanam in Christo, docent esse vbique.

Nesto. Si quis Dei verbo passiones tentat tribuere Anathema.

Mach. In Christo vnam tantum voluntatem asserebat.

Manichei Dominium visibiliū non Christo, sed malo demoni dabant, nec Deo. distinguebant enim, & Deū bonum, & Deum malum; alterumq; visibilium, & alterum inuisibilium vocitabant Dominum.

94 Verè Babilonicū, & omni confusione confusius est tale dictum; nam vnio facta est in persona, & communicatione personæ, non in communicatione attributorum.

95 Immò semota vnitate personæ semouētur, & diuersa attributa, quæ secundum vnitatem personæ, & secundum
96 duas rationes de vnico Chri-
97 sto dicuntur. Et cum per eos talia attributa dicantur per accidens de natura humana, vnio esset accidentalis, quod est falsum.

98 Natura humana in Christo nō
99 est vbique, sed attributa in cōfuse de vno Christo secundum duplicem dnr naturam.

100 Anathema tibi nam quæ hominis sunt non solum de filio Dei, sed de diuina natura, non in abstracto, sed in concreto dicuntur.

101 At secundum fidem, cum ibi duas incōfusas fateamur naturas, duas itidem voluntates, & diuinam atque humanam asserimus.

Dñum nostrum.

102 Deus reuera est dominus, quod nomē etiam dicitur de ipso ex tempore.

103 Christus secūdum quod homo itidem etiam est dominus cui nempe data est omnis potestas, &c.

104 Est etiam caput omnium hominum,

Nugaces isti hæretici negarunt Christum esse redemptorem, vt impugnantes redemptionem nostram, & salutem vtraque priuarentur.

minum quin, & Angelorum.
105 Christus etiam est dñus eo, qa redemit, & de rigore Iustitię Patri ꝓ nobis satisfecit.
106 Et enim purus homo nequaquàm satisfacere poterat.

Infęlices infęliciter asseiunt Christum purum hominem ex vtroque sexu progenitum.

Qui concept° est de Spiritu Sãto.

107 Simpliciter confitendum est ex Virgine fuisse conceptum clamante Scriptura ecce virgo concipiet, &c.
108 Cuius conceptionis actiuum principium congruè Spiritui Sancto attributum sentimus.
109 Ita vt verè, rectèque dicatur de Spiritu Sancto conceptus.

Carnem Christi genitã à Spiritu Sancto crocitant, & ipsum Christi Patrem opinantur, quia ipsum secundum humanitatem generauit.

110 Spiritus Sanctus non venit dicendus pater Christi, quia secundum veram, propriam, & perfectam rationem dicit,
111 & est Dei Patris, Filius, & nõ Spiritus Sancti, disputationis gratia adnectimus, quod in ipsa Conceptione B. V. nihil actiue gesserit, & si vera mater sit.

Vnam tantum, & diuinam in Christo agnoscunt natiuitatẽ, & falso, sicut, & Arriani tantum fatentur humanam.

Natus.

112 Cum Natiuitas tanquàm subiecto attribuatur personę, & naturæ tanquàm termino.
113 In Christo sunt duę Natiuitates, una qua ęternaliter natus est à Patre, altera qua tẽporaliter natus est à Matre.

Hic euomit Christum ex elementis naturam assumpsisse; iste è cœlo.

114 Beata Virgo est vera, & naturalis Mater Christi corpus enim eius non est è cœlis, seu ex elementis sumptum at de purissimis sanguinibus eius formatum.

Nestorius et alij. Beata Virgo non est Mater Dei impij impijssimę, & falsissimę dicunt. tam grandem honorem, & tam miram dignitatẽ ab ea iniuste afferentes: & blasphemantes, falsa, & impia depromunt verba videlicet, quod dicatur Christotocos, & non Theotocos, nolentes, vt qui ab eterno secundum diuinatem Dei patris est filius, idem secundum humanitatem sit virginis Matris filius.

Heluidius. Virginem blasphemat Heluidius eius detrahens virginitati.

Marcus, & Marcite. Christum non verè, at putatiue passum dementes asserunt, contra tot scripturas Christi sanguinẽ sparsum fuisse declamãtes.

Basilides Non fuit Christus crucifixus, sed Simon Cirenęus; impie blasphemauit.

Rai. Lull. Leue fuit Christo Pati, sicut leue est dicere, & loqui.

Faustus Manichęus Christum non potuisse mori, credebat inepte.

Premostratẽsis. Diuinitatem à carne, & anima se iunctam fuisse fallo dicebat.

Mor-

115 Cadat Corruat, & eliminetur impijssima hęresis. cum enim vnio facta sit in persona, & nomẽ concretum supponat ꝓ persona verè, & catholicę dr̃, & est Dei Mater.

116 Et cum ibi solum sit vnum suppositum vnicam tantum ponimus filiationem.

117 Addamus. & vnicũ esse existentie solum in Christo ad catholicos disputamus.

118 Beata virgo ante partum, in partu, & post partum virgo permansit.

Passus.

118 Necessarium fuit Christum Pati; & si alius redemptionis modus absolutè esset possibilis iste tamen.

120 Cęteris conuenientior fuit: vnde verè passus est.

121 Conuenientissimum fuit ipsum in Cruce pati, & verè est Crucifixus.

122 Acerbissima fuit Christi Passio, & omne dolorum genus sustulit; Passusque secundum corpus, & animam.

Mortuus

123 Conuenientissimum fuit ipsum mori, vt nos morti damnatos absolueret, & sic verè est mortuus.

124 Si ergo ille filius Dei vnicus, qui conceptus, & natus est, & ipse mortuus est, cum sit vnus, & idem, impijssimum est asserere à corpore seu anima separatã fuisse diuinitatẽ.

Mortuus

Ray Lull. Mortuus fuit Christus homo secundum mortem humanam, sed remansit homo Deus, inquátum Deus remansit homo, & qđ Christi corpus stás in Cruce fuit mortuum inquantum anima demisit illud, & non fuit mortuum, inquantum deitas ab eo non recessit; nec coniunctio diuine, & humanę naturæ fuit diuisa; remansit ergo Christus viuus, & mortuus, fuit mortuus secundú cursum natnralem: sed remansit viuus supra cursum naturalem.

125 Christum mortuũ fuisse est articulus fidei vnde simpliciter, & absolute erroneum est ipsum esse hominem dicere potest tamen dici homo mortuus.

126 Quid ergo garrit quod De' remansit homo. Remansit quidem idé numero corpus simpliciter ratione suppositi, sed non totaliter, cũ vita sit de essentia corporis viuentis, & anima esset separata à corpore, & ipsum esset mortuum.

Luthera. Marcus Sepulturam nõ esse bonũ opus meritorium asserunt.

Sepultus 127 Sepelire mortuos opus misericordię, & meritorium est.

Marcite. Basilides Cum isti negent Christũ vere passum, & crucifixũ vtrq; negabunt ipsum esse sepultum, atq; à Ioseph mirha, & aloe conditum; insindone positum. cęteraque negabunt pietates operaa.

128 Conuenienti modo fuit sepultus cũ tamen corpus eius gloriosum incinerari, nec putrefieri debuit.

Armeni. Non fuisse tantum in sepulcro, sed Sabbato Resurrexisse falso existimant.

129 Duabus noctibus, & vna die in sepulcro mansit. & fuit conueniens.

Vbiquiste. Si verum esset, quod anima Christi (vt Deus) esset vbiq; non vero & reali descensu ad inferos descédisset quem alij etiam negant hęretici.

Descédit 130 Reuera secundum animam descendit ad inferna: ad omnia secundum virtutem, at secundum essentiam ad locũ vbi detinebantur iusti. alluci-
131 natur ergo Mirandulanus S. D. contra dicens.

Philosophi. Resurrectionem mortuorum negant, & derident sacra teste scriptura.

Ressurrexit. 132 Non solum possibilem resurrectionem esse fatemur, sed Christi Resurrectionem omnino necessariam, & conuenientem sustinemus.

Turre Babel		Angeli clamor.	
Cerintus	Christum non surrexiste, sed aliquando surrecturum hæretice promit.		133 Christus tertia die, & primo, ita, quod ipse est primitie resurgentium, & propria virtute resurrexit.
Apelles & passio nistæ.	Christus in carne, & cum carne non ressurrexit,		134 Ad hoc quod vera fuerit ressurrectio necessum, est fateri Christum cum vera carne resurrexisse in cuius gratia tertiæ partes 54. q. sustistinemus.
Apelles.	Non cum vera carne cœlos Ascendisse oblatrauit.	*Ascēdit.*	135 Confutatur 3. p. q. 57. quam sustinemus.
Alban.	Negant falso Christum cœlos ascendisse.		136 Quid absurdius? Nonne diuine repugnat scripturę? vt locato locus sit proportionatus verè Christus dixit ascendo, &c.
Arrius. Nestori°. Artemō.	Cum sedere ad dexteram dicat gloriam diuinitatis negant homūciones à Christo diuinitatem, vt præfati sumus.	*Sedet ad dexterā Dei patris.*	137 Christus secundum qđ Deus vere sedet ad dexterā patris, quia eandem gloriam diuinitatis quam habet pater, & filius essentialiter sortitur.
Arriani.	Equalitatem à diuinis tollunt personis: ita, vt filius patri non sit equalis, nec coeternus. at minor gloria diuinitatis, potentia, & alijs; ò blasphemiam.		138 Filius est omnino equalis patri secundum Magnitudinem potentiam, scientiam, & oīa, 139 quin, & in diuinis personis equalitatē poni omnino necessum est.
